

1472. a Primis Maii.

Ex Orig. Arch. Regni.

733.

Kazimiri Regis super summa 100  
Marcarum Generoso Raphaeli de Jaros-  
law Succamerario Premisliensi etc:  
In Opido Lazeysko et villis ad ipsum  
spectantibus data et inscripta.

191

Kazimirus Dei Gratia Rex Poloniae,  
Magnus dux Lithuaniae Rusie Prussiaeque do-  
minus et heres. Significamus tenore pre-  
sentium quibus expedit universis. Quomo-  
do attentis fidelibus et indefessis obsequiis,  
quibus Generosus Raphael de Jaroslaw Suc-  
camerarius Premisliensis, et Capitaneus Leo-  
poliensis Majestati nostrae exstat commen-  
datus, pro Republica Commodo invidando.  
Libi horum intuitu meritorum, Centum  
Marcas communis pecuniae, numeri et  
monete Polonicae consuetorum, quadra-  
ginta octo grossos marcam in quamlibet  
computando, in et super bonis nostris Re-  
galibus videlicet Opido Lazeysko et villis  
ad ipsum ab antiquo spectantibus, dedi-  
mus, donavimus, inscripsimus, et demon-  
stravimus, danusque et inseribimus per  
presentes per ipsum Raphaelem tenendu-  
habendum, possidendum, usufruendum, juxta  
vim, formam, tenorem, et continentiam  
aliarum literarum tibi in eisdem bonis  
inscriptarum, tamdiu, quousque per nos

aut



1472  
aut Successores nostros, tibi aut successoribus tuis, prefate quinquaginta marce, una cum aliis pecuniis in eisdem bonis quomodolibet inscriptis fuerant persolutae integraliter et ex toto, Juribus tamen et Stationibus nostris in omnibus semper Salvis. In cujus Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appennum. Datum in Conventione Novocivitatis Corzin feria secunda post festum Sancti Stanislawi proxima anno domini Millesimo quadringentesimo, Septuagesimo, Secundo.

Relatio Magnifici Jacobi de Dambno  
Regni Poloniae Cancellarii et Capitanei Crae.

Ja Kopia przepisana z Oryginatu  
pargaminowego Annihilowanego, u Kto-  
regu Wici spiecz na Zawiasce pargami-  
nowey Roku. 1705. u 24. Maji.